

EPISTOLA X.

AL MAESTRO XIMENEZ PATON,
Cathedratico de letras humanas en Villa-
nueva de los Infantes,

Donde se escriben muchos EPIGRAMMAS de va-
rios asuntos.

NO me dé Dios salud, sino se la desseo a
v. m. mui entera. Ea señor, animese mas
i haga mala cara a los achaques, que si les ha-
ce regalado hospedage, qué maravilla los ten-
ga cada dia en su casa, i se le vengan a la ma-
no, como los barbos a Hortensio, i las mu-
renas a Antonia de Druso. Busque v. m. oca-
siones de desenfado, i divierta el pensamiento
de cosas graves: dese a las mas menudas, i
aun nugatorias, que tienen a veces no sé qué
de ruibarbo bastante a purgar de melancolias a
mas Saturnino. Con este fin embio a v. m. es-
sos *Epigrammas*, cuya materia es por la ma-
yor parte jocosa, si bien tal vez se levanta a
mayores. En ellos he procurado Marcializar,
sino con su agudeza, con menos lascivia, que
aunque esta es propria de los epigrammatarios,
no se nos concede tanto a los que professamos
Musas Christianas. V. m. se digne de ver este
quadernillo, que si agradare, imprimirémos
otro, i tercero i quarto; i si mal lograre su pre-
tension: *Qui primus est, ultimum putato.* Vale.

EPI-

EPIGRAMMA I.

In Pollionem.

Pollio jam moriens legavit millia centum
Andræo, Nicie millia mille suo.
Mox Argellinæ scripsit Polymestora villæ
Heredem: o quantum fors inimica potest!
Conclamatus erat; pullati ad limina servi,
Cum surgit divo sanus ab Hippocrate.
Extemplo Andræus laqueum sibi texuit amens:
Transfixit gladio pectora post Nicias:
Denique præcipitem Polymestor se dedit undis:
Mors fera, quæ vitis constitit una tribus!

EPIGRAMMA II.

In Antigæum Grammaticum.

Edidit Antigæus ludum, gratisque Maronem
Explicat: estne adeo prodigus Antigæus?
Prodigus: ad nummos nusquam est attentior alter.
Uvidium audisti? parcior Uvidio.
Ingenium, mores sat novi: quique laborat
Hoc vitio semel, is semper avarus erit.
Sed quæ causa virum mutavit? Non bene calles
Antigæum, constans tempus in omne manet.
Gratis illud eget nasuto interprete: ludum
Ille aperit gratis munificisque suum.

EPIGRAMMA III.

Ad Ximennium de Floro.

DE te, Ximenni, Florus tot tantaque jactat,
Ut, me si excipias, credere nemo queat.
Si de Grammaticis est sermo, Palæmona vincis:
P. si

Si de Rhetoribus, vincis & Albutium.
 Si sophiæ memoro proceres, laudaris ab illo,
 Et tibi Aristippus cedit, & ipse Plato.
 Si Historicos dixi Romanos, haud tibi certat
 Clarus Romana Livius historia.
 Si quisquam tantos complecti posset honores
 Solus, tu solus dignus in orbe fores.
 Miror & invidio tot laudes; tot quoque laudum
 Praeconem mirum miror & invidio.

EPIGRAMMA IV.

*In Aldinum, qui medico Victoriæ ad hunc viventi
 Epitaphium fecerat.*

DA mihi, Phoebe pater, medicus Victoria vivit?
 Vivit. Quidnam igitur conditur hoc tumulo?
 Scrobs licet ac feretrum medico vivente paratur,
 Ne tamen Aldini carmen inane putes,
 Omnes hic medicos vivos bene censer humanos,
 Quod genus humanum tam male perdidit.
 Non ipse est medicus? Quomam se jure tuetur?
 Taha, se medicus, censet? Inepit homo.
 Ille negat dici medicum se, quod medeatur:
 A Medis mavult Medicus esse suis.

EPIGRAMMA V.

In Cosmum balbutientem.

SI vacat, immotis lege carmina nostra labellis.
 Vis tacitare? precor, ne tibi, Cosme, vacet.

EPIGRAMMA VI.

In Polycarpum.

Defendis miseris passim, Polycarpe, clientes:
 Omnibus at causis non cecidisse pudet?
 Est tibi nobilitas ingenti parva labore

Na-

Natali in villa. Ah quantula nobilitas.
 Jugera vasta tibi cedere in valle reducta,
 Vepribus & rusco diripiente pecus.
 In numerum quoque te bule Camerina cooptat:
 Non habet illa tamen te nisi pro numero.
 Mille facis versus cruciantes nos pede in uno:
 Pendere at tecum de cruce debarant.
 Omnia habere cupis caeca ambitione, sed hercle
 Solum, quæ mala sunt; omnia solus habes.

EPIGRAMMA VII.

Ad Menedemum.

SI Menedeme, tibi foret uxor moeccha, smaragdi
 Curarent casti: si imperiosa, preces:
 Si iracunda, minæ: fictus, si garrula, somnus:
 Aut si peccaret tetricitate, joci.
 Si formosa minus, tetradrachmo Phyllida haberes:
 Pastilli obstarent, si foret hircus ei.
 Morosa ac dura est? genus insanabile morbi
 Te premit, auxilii nil Avicena feret.
 En restim, Menedeme, tibi, ne perde diemque,
 Divino, humano jure perire potes.

EPIGRAMMA VIII.

In Thelesinam.

VErsat amatores sursum Thelesina, deorsum,
 Nescio quo furo: casta sed usque manet.
 Basia dat noctu Lycidæ, dat luce diurna
 Basia Perio: casta sed usque manet.
 Crissat cum Placido, tremulum cum Castore prurit,
 Flectat ut Hippolytum: casta sed usque manet.
 Ludit in obscuro; Satyris ridentibus, antro,
 Risus utrimque crepat, casta sed usque manet.
 Dat clam, datque palam: antica & postica petenti

P 2

Con-

Concedit facilis: casta sed usque manet.
 Felicem genium Thelesinae, vincere noctes
 Laidis illa solet, casta sed usque manet.

EPIGRAMMA IX.

Lusus super Thermo, Areta & Philone.

Hispani fuerant triplici sub sidere nati,
 Piscæ, capro, geminis, Thermus, Areta, Philo.
 Aenotriam petiere boni Philo, Thermus, Areta,
 Thermus equo, arce Philo navis, Areta pedes.
 Pastor Areta iuit, Philo miles, Thermus arator:
 Care Philo, Thermus Tybare, Areta Locris.
 Morte cadunt varia Thermusque & Areta Philoque,
 Ex fame Areta, Philo fulmine, Thermus aqua.

EPIGRAMMA X.

In Titum.

Cum, Tite, pauper eras, donabas semper amicis;
 Credebas nummos immemor exigere.
 Posquam dives aras Carthagine iugera centum,
 Nil das: restituat fors tibi pauperiem.

EPIGRAMMA XI.

In Sabarellam.

Dicitur esse bonus Sabarella, quod omnibus unus
 Obsequiosus adest, plenus & officij.
 Vult Titius latro dotem spoliare Perillum:
 Tum Sabarella subit tecta aliena comes.
 Latronem Titium vocat in jus jure Perillus;
 In Titium primus prode re furta venit.
 Irumpit pater in natos, Sabarella resistit;
 Nati iniusta volunt arma movere, iuvat.
 Hæc Sabarella facit bonus. Heu, heu, qui bona prave,
 Aut bene prava facit, hic homo pravus homo est.

EPI-

EPIGRAMMA XII.

In Manetonem.

Mille cados Maneto, sexcentas amplius urnas
 Est mercatus heri: nec desunt amphora, chænix,
 Culeus, hemina, cyathi, ligulaeque minutæ.
 Quodque magis dices mirandum, vinea nulla
 Agnoscit dominum Maratonem; quid parat ergo
 Hinc, illinc, studio vinaria vascula tanto?
 Sollicitat Marsam superantem ætate Sibyllam
 Cumarum, mulcet, donat, veneratur amatque:
 Quod si Marsa nihil jam jam moritura relinquat,
 Quid faciet Maneto? Quid? Vendet vasa minoris.

EPIGRAMMA XIII.

Ad Nummatium.

Desine caudicidos, Nummati; mitte tribunal,
 Non dirimit lites, quin Javolenus amat.
 Quidquid jura volunt, ratio dicitur aperte
 Clarior electro, Sidonioque vitro.
 Lesbia (siquid opus) Polycleti aut regula tollet;
 Amens, qui litem lite resolvet, erit.

EPIGRAMMA XIV.

In Fabullam.

Carmelitanum toties ne tende sacellum,
 Dixi, prædixi sæpe, Fabulla, tibi:
 Lena viam terit hanc, meretrix & multa, procique:
 Virginitas non est hæc via tuta satis.
 Tu nihil id curans petis hanc, repetisque frequenter:
 Solvisti zonam virginitatis, habes.

P 3

EPI-

EPIGRAMMA XV.

De Cæsaris amphitheatro cum imitatione Martialis.

Pyramides, Aegypte, tuas jam parcius effert,
 Tuque operi, Babylon, parce Semiramio.
 Aurea jam sileant Ephesæe tecta Dianæ;
 Corneaque Ortygii sordet ara Dei.
 Inclita Mausoli Carisi monumenta columnis
 Fulta Halicarnassus jam reboare sinat.
 Omnia postponit sibi Cæsaris amphitheatrum;
 O fama, hic solus sit tua cura, labor.

EPIGRAMMA XVI.

Ad Felicium.

Candide Felici, Pyladem non fecit Orestes,
 Thesea Pirithous, Nisus & Euryalum,
 Quanti te facio: quidni? si sunt tibi mores,
 Peñora sunt Gætica candidiora nive.
 Illa fides prisca adeo celebrata Camillis,
 In te vivit adhuc, sanctius illa fides
 Vivit: quippe fores venisti fessus, anhelans,
 A te jam nostræ concrepuere fores.
 Cretica prome, puer, media sed prome diota,
 I citus atque nota de meliore capé.
 Noster adest vates; quid vates? noster amicus.
 Id malo: vates noster noster adest.
 Hoc age; sacundos calices voluere poetæ,
 Inspice tu quales archipoeta bibet.

EPI-

EPIGRAMMA XVII.

In Album.

Laudo, quod geris, Albe, chirothecas,
 Quas dat Murcia fida lævigatas:
 Laudo, quod colis, Albe, prominentem
 Barbam; sed meminisse te monemus
 Hac proverbialia vera & usitata:
 Non lacer monachum facit cucullus,
 Non promissior ampliorque barba
 Doctum Pythagoram aut Platona reddit:
 Non linostolix, sed alma virtus
 Dignis Isiacos beat coronis:
 Non item cathedra approbat magistrum.
 Jam videmus, o Albe, chirothecas:
 Pallium quoque cum fluente barba,
 Attamen philomuson haud videmus.

EPIGRAMMA XVIII.

Ad Florum.

Flora, die lunæ Musas libasse videris
 Descendi cupidus: Pythius esse potes.
 Mars oritur, mediis interlucere tenebris
 Vera tibi incipiunt, ergo Phaneus eris.
 Vix tibi Mercurius splendet, cum magna supellex
 Doctrinæ ac lingue te facit Ismenium.
 Juppiter effulget, jam dogmata promis in actum
 Socratis, unde Horii nomen habere datur.
 Quid jam restat? Erit cum dignus vindice gryphus,
 Solus, qui possit solvere, Florus erit.

P 4

EPI-

EPIGRAMMA XIX.

In Grammaticum male concinnantem suos versus.

Vix Epigramma tuum vidi, cum crimina centum
 Vidi, Torrella iudice grammatico.
Non omnes arbusta iurant, humilesque myricæ,
 Dixit Virgilius; *serpere Flaccus humi.*
 Tu tamen hoc sacros vates duo lumina Pindi
 Adversans, primus protrahis humiliter.
 Aut prodesse volunt, aut delectare poetæ.
 Idem Flaccus ait, tu, *prosit esse tuus.*
 Sed liceat breviare *prosit*, permittimus istud
 Tam tibi, quam pueris. Quis ferat *esse tuus*?
 Esse tuum Latine cœgunt te dicere leges,
 Aut hoc dicendi dic genus esse tuum.

EPIGRAMMA XX.

In Cosmum.

Omnia congeries facit hæc tua, Cosme, precatur
 Congeries, purgat crimina congeries:
 Congeries clamat, tumido delitigat ore:
 Defendit miseros fervida congeries:
 Congeries tollit Curios ad sidera sanctos:
 Tarquinosque movet munere congeries:
 Omnia congeries agit amens: illa precatur,
 Expurgat, clamat, litigat, ore tumet,
 Defendit, tollit, pellit. Da, Cosme, quid hæc sit?
 Exsulet in Gyaron aut tua congeries.

EPIGRAMMA XXI.

Ad dominum Sanctium Davilam Episcopum Carthag. absentem.

Absentem, pater alme, dolens te Murcia luget,
 Jam lacrymis longo tempore fusa genas.
 Dispicet (heu quisquam credat?) Patareus Apollo
 Gra-

Gratior est nobis filia Nox Erebi.
 Eloquar, an taceam? divus Fulgentius ille,
 Ille tuus, minime fulget, ut ante, suis.
 Florentina soror, qua non florentior ulla
 Divarum, minime floret, ut ante, suis.
 Huc ades, o Sancti, Murcem, pater alme, revise
 Aureus, ut redeat te redeunte dies.

EPIGRAMMA XXII.

Ad dom. Alphonsum Colomam Epis. Carthag.

Vere novo rigidi madefiunt culmina montis,
 Gramineumque premit nulla pruina solum.
 Vere novo attrito solvuntur vomere glebæ:
 Incipit & calices Flora aperire suos.
 Vere novo mediis in rubis cantat aedon,
 Dum violas tellus suggerit atque rosas.
 Tu quoque vere novo redimitus tempora mitra
 Ingredieris nostros, alme Coloma, lares.
 Lilia cana tibi, tibi fundit Murcia calthas,
 Et regina Paphi myrtea sarta parat.
 Te veniente, simul sedes abiere sub imas
 Nubila, nimbus, hyems, bruma, pruina, nives.
 Vera loqui liceat, te prasule, doctæ Coloma,
 Gaudebit semper Murcia vere novo.

EPIGRAMMA XXIII.

In obitum ejusdem Episcopi.

Parete jam lacrymis, largos qui funditis imbres,
 Mors etenim nullis mitior est lacrymis.
 Si figit duros mea vis adamantina clavos,
 Certe non medio Tibure tutus eris.
 Hoc tibi concedo, mors pallida, prasule felix
 Alfonso ne sis, pone supercilium.
 Inde tibi nullus debetur, dira, triumphus,
 Non

Non perit; campos Elysios petiit.
 Cœlum cum terra, vitam cum morte beatam
 Mutavit, cœcis sidera cum tenebris.

EPIGRAMMA XXIV.

Ad Camillum agricolam.

Verbis crede meis, hyberno pulvere farræ,
 Atque luto verno magna, Camille, metes.

EPIGRAMMA XXV.

In Carpionem.

SE dominum dici debere ferociter audax
 Carpio contendit, pernegat id Nerius.
 Disputat hoc pacto: Nullas hic possidet ædes,
 Prædia nulla; rei cuius erit dominus?
 Carpio convictus verbum non amplius unum
 Addit; emit denis assibus ædículas.
 Ridetis pretium? contractum scindere læsus
 Ille potest. Sorex vix habitabit eas.
 Grex fornicarum servandis frugibus aptas
 Esse negat; nequit hic nidificare pulex.
 Sint hæc vera licet, proprias dominatur in ædes.
 Jam dominus dici Carpio jure potest.

EPIGRAMMA XXVI.

In Otium.

Litteras docet Otus Albaceti,
 Otus notus in orbe Bergulano,
 Nam prurigne obæstuat docendi.
 Otus ludimagister est, o amens.
 Quis non ludimagister esse possit?
 Otus tum docet, esse cum docendus
 Musas debuerat poliores,
 Cirratis pueris & alligari.
 Hic Græcica nescit alphabeta,

Hic

Hic (mirabere) nescit & Latina;
 Num nostratia norit, hesitatur.
 Ergo quid facit Otus Albaceti?
 Doctos imbuit arte nesciendi,
 Indoctos facit imperitiores.

EPIGRAMMA XXVII.

Mittitur libellus ad Comitem Mirandæ.

I Liber, ad Comitem, dudum quo tendis anhelus;
 Quid faciam? Nequeo te retinere domi.
 Credo, quem petis, ignorare: doceberis: ille est
 In tota præses maximus Hesperia.
 Clarus Mirandæ Comes est, mirandus & alti
 Dotibus ingenii, moribus ingenuus.
 Illum Barcinno prorogem novit, & illum
 Parthenope novit: notus in orbe sat est.
 Gentes inde petunt sua jura; etiam ultima Thule:
 Haud fuerit soli janua clausa tibi.
 Dic, si non possit fieri tibi copia fandi,
 Te miti a Musis, aula patebit. Abi.

EPIGRAMMA XXVIII.

In Sannionem, ad imitationem Martialis.

Mit Sannio rus heri sub urbem:
 Comparasse obolis ferunt ducentis;
 At non iudico constitisse tanti.
 Hoc rus Sannio singulis diebus
 Centies crepidatus it, reditque:
 Quantum petis? Audias, docebo.
 Bini sat facile trahunt aratrum
 Mures, atque die exarant sub uno
 Rus totum: rigat urecus profuse,
 Et submergitur haustibus duobus:
 Betae quattuor hic virent supinae,

Bras-

Brassicæ male quinque, tres lupini,
Mentha, petroselina, & inde & inde.
Siquid adderet ipse, transiliret
Cancellos sibi jure constitutos.
Noli me rogare plura, dixi
Summa cum brevitate quale, quantum
Emit Sannio rus heri sub urbem.

EPIGRAMMA XXIX.

Ad Cirnum.

Effugere procul nubes: cineraceo alto
Nimbus abest cælo; tu tamen ante focum.
Eja age fumosos, ne sit mora, linque Penates;
En tibi Apollinea lampade clara dies.
Splendet uterque polus sudo manifestus Olympo,
Et prasino ridet lata colore seges.
Quid tibi vis? hilari cum fronte lacessit amicus,
Ne sine tam faustum, Cirne, perire diem.
Caseus est mollis nobis, quem Belga remittit:
Plena diota dabit Massica vina tibi.
Exi, Cirne, foras: nam cur non exeat ille,
Quem cælum, tellus, caseus, uva vocant?

EPIGRAMMA XXX.

Ad Euphrosynem.

Nill facis, auctori rerum si imponere credis,
Cum facis occulte, quod facis, Euphrosyne.
Testis adest Deus ipse tibi bene gnarus ubique.
Quomodo rem cæles inspiciente Deo?
Cum duce Dardanio Didus commissa sub antro
Distulit alatus prodere furta puer?
Annulus ex auro tamen est tibi Gygius ille,
Quo potuit pastor rex fieri Lydius.
Falleris, Euphrosyne, nihil est virtutis in illo:
Si vis celari rem tibi, ne facias.

EPI-

EPIGRAMMA XXXI.

In Attalum valde antiquarium.

Casco verba Numæ vix eractata tyranno
Exudas nostris, Attale, temporibus.
Aetas nostra tamen Sarrano murice tinctos,
Attale, dicendi querit habere modos.
Exerces, credo, furatrinam, undique prisca
Aulas verborum despoliare catus.
Posses jam putribus verbis affigere gammam.
Rava nisi forsitan te furiat Lamia.
Hic te exoletus gannitus vocis adulat?
Exue gannacum, vel dabo te in gabalum.

EPIGRAMMA XXXII.

Ad Petrejum.

Quando reducat lucis horas crastina
Almus, Petrei, bosphorus,
Exspecto lassus membra, lassus spiritum,
Quem duco valde morbidum.
Denum excito mentem ad suprema sidera
Somno solutus languido.
Dehinc salutans claram Pheebi lampada
Me me sub ædem Virginis
Sacram Matæ, & sacre integerrimæ
Mitto lubenter anxius,
Quo convenire nos inter convenerat, ni cubitus
Utrinquè juncta dextera
Per angiportus, perque publicas vias
Te quero, nec repertus es.
Poenos adi promissis stare nescios,
Si fallis amplius fidem.
Nam qui, fidem non servat pactam, quomodo
Se servet ipse postea?

EPI-

EPIGRAMMA XXXIII.

De fecunditate urbis Murciae.

Tlbris arundinibus jactat se plurimus altis.
 Inuemet auleis Pergamus Attalicens:
 Nillicum melius vino laudatur acetum:
 Laudatur molli Massica terra mero.
 Nobilis est oleo Campani bacca Venafra:
 Es quoque cereolis clara, Damasce, tuis.
 Syria dactylicos ramos profundit Idume:
 Insularum cornutos dat Celadusa acetum.
 Ducit Orontæ sua fila sub arbore bombyx:
 In media cephalos pascit Epirus aqua.
 Citria mala gerit fragrantia Punicus Atlas:
 Fundit Hymettus apes, fundit & Hybla favos.
 Flore sonant Cilices, Atabesque & flore Sabæi:
 Thessalus a ficus arbore nomen habet.
 Circelensis ager lactucas gignit opacas:
 Et Pelusiacum candida lina solum.

Quid multis? quantas complectitur orbis uterque
 Delicias, tantas Murcia sola dabit.

EPIGRAMMA XXXIV.

In laudem cimicis.

Multa Dioscoridi debes, Phrygioque Galeno,
 Parve cimex, laudes qui cecinere tuas.
 Effugit, ut perhibent, agris quartana vorandos
 Qui septem cimices inseruere fabularum.
 Frigidus in pratis coluber si forte momordit,
 Absque faba poterit te medicare cimex.
 Præfocata feso premitur si vulva dolore,
 Cimicis olfactu spiritus ille redit.
 Si vino cimex, vel si samatur aceto, tibi donat
 Lubrica de medio gutture huido venit.
 Mejer, spiritum veretri supponis oculo, sicut
 Sat facile, solitus mejere difficile.

Pædor at ille gravis disperdit commoda tanta:
 E re tam parva quantum esse potest?

EPIGRAMMA XXXV.

De inauguratione Caroli Quinti.

Carolus Austríades Hispanica regna potitus
 Romani fascès accipit imperii.
 Augustum proclamat eum Germania læta
 Per septem clara nobilitate viros.
 Tres numero sacri, quos præsulis infula cingit,
 Est Maguntinus primus, & inde Trevir:
 Mox & Agrippinus, quo non generosior alter,
 A quo & Aquigrani prima corona datur.
 Sunt quoque tres proceres Augustis rite creandis,
 Cum Romanorum rege pereximio.
 Palatine Comes, tibi facta est ista potestas,
 Brandenburgensi Saxonique duci.
 Carolus Italiani petit hinc comitante cohorte
 Nobilium gelida de regione virum.
 Excipit hunc varios commenta Bononia ludos,
 Arcubus & telso pægnante fuita vias.
 Cingitur Augustus tandem diademate & auro,
 Cernuus accipiens imperiale decus.
 Tum Papæ ingressus venerabile Pallantum,
 Purpureo impetrit basia blanda pedi.
 Amplexatur eum pater almus pectore ab imo,
 Atque suscipit lacrymis tingit uterque genas.
 Narras vera? decessit lacryme hæc duo lumina mundi?
 Quidni? nescit amans imperitare sibi.

EPIGRAMMA XXXVI.

Ad Porcellum.

Cymbia prome, puer, vino saturata moraco,
 Crateres quales Heraculis esse solent,
 Non quales Ammono satum miserabilis orchi
 Damnarunt tenebras, prohi dolor, ad Stygias.
 Sed

Sed quales Hymenæus amat & pulcher Apollo;
 Sed quales Charites & Venus alma petunt.
 Cur sic? quod Porcellus init nova fœdera mecum,
 Fœdera amicitie tempus in omne suum.
 Quis Porcellus, ais? Qui candida sustinet astra
 Alter Atlas, cedit cui Plato, cui Socrates:
 Cui debet statuam celeberrimus Arcopagus:
 Quem modo præsentem Murcia nostra colit.
 Eja age, prome merum, florem depromere Bacchi
 Te jubeo, & jubeo de meliore nota.

EPIGRAMMA XXXVII.

Hendecasyllabi. Ad Ciserium.

O Quanto satius domi morari est.
 Quo, quo pergitis ire, sera proles,
 Inventum tamen inclitum, Phaleuci,
 Vultis scrinia grandiora? Nuge.
 Versat vos furor, autumo, manete
 Intra pelliculam Laresque vestros.
 Jam nasos juvenum senumque nostis:
 Sanæ occurrite, Persio monente,
 Antiquum reor, ipsius Maronis
 Fame parcere livor abnegabit.
 Quid dixi? o ego lævus! Ite jussi
 Vobis fas iturire; pello, cogo;
 Id quod vultis, amo atque concupisco.
 Verum quid jubeam, audiat, oro,
 Ciserium petitis virum probatum
 Et prudentibus & viris probatis;
 Nam quæ gloria ab improbis probari?
 Olli nomine de meo salutem
 Læti dicite: lætor advenire
 Ad nos incolumem, pieque lætor.
 Quid non læter? Ah quantus ille doctor
 Vincit Libanium, Diana vincit:
 Et post terga relinquit Empedoclem,

Et

Et quos Photius undequaque textit.
 Romanos Fabiumque Juliumque,
 Et te, Cynthia, qui lyra canora,
 Et qui carmine passerem recantat,
 Cunctos is superat, valete cuncti.
 Quid Ciserius habet pretii videtis:
 Cignæum canere & melos putate,
 Ad sese rapere & putate cœlos.
 Si mens hoc nequit astimare vestra,
 O quantum satius domi morari est.

EPIGRAMMA XXXVIII.

Ad ludimagistrum Peraliam.

Natura carmen sola constaret, an arte,
 Res apud antiquos litigiosa fuit.
 Hanc dirimit litem numerosus Horatius omnem,
 Uno dum stabili claudit utrumque iugo.
 Quis credat? Nec sum pangendis versibus aptus,
 Quis credat? nec sum conscius artis ego.
 Invisit tamen & Musis & Apolline sacro;
 En tua me vatem perna nulla facit.

EPIGRAMMA XXXIX.

Ad Myotam ludimagistrum cæcum.

EN limam formido tuam, peracute Myota,
 Ex quo te cassum luminis esse scio.
 Corporeis orbiti oculis divina penetrant
 Numina, nostrates res procul abijciunt.
 Tyresias divinus erat, divinus Homerus,
 Tyresias cæcus, cæcus Homerus erat.
 Quare Tyresias lippit? Vidisse Minervam
 Narratur nudam: discute mysterium.
 Pallada qui recoit doctam, lippit necesse est
 Rebus in humanis, cernere ut alta queat.

Q

Quod

Quod de Thebano, cense de vate Pelasgo,
 Divorum interpres clarus uterque fuit.
 Ergo pectus in nostris non spernat mens tua chartis
 Pectus oliviter lambere docta deæ?

EPIGRAMMA XL.

Ad dominum Joannem Baptistam de la Rea.

Communi de jure locos interprete dignos
 Tymbræo, plures arripueri viri.
 Excute & gryphos legum, & glossemata cæca
 Contigit & multis, atque Budææ, tibi.
 Exedram docti Tarpe, putealque Libonis
 Causidicos scimus jam subisse graves.
 Quid leges, quid jura velint, consulta senatus
 Quid valeant, multis est aperire datum.
 Et, Messala, tibi; verum decidere causas
 Hæc Rhodos, hi saltus, hoc opus hic labor est.
 Hanc Rhodon, hos saltus, opus hoc, tantumque labo-
 Vincere, virtutis est, Rea magne, tuæ.

EPIGRAMMA XLI.

In die Præsentationis Mariæ.

Cara deo proles superas vix nata sub auras,
 Vix & humi teneros figere docta pedes:
 Doctaque vix patrias imitari & reddere voces,
 Ubera matris eras nunc positura tuæ.
 Pergere quo pergis? præstat remeare Penates
 Ad solitos, Annæ sedula quære sinus.
 Est via sublimis templi: est arx alta Sionis:
 Anfractus, salebras haud superare potes.
 Ista recens ætas ignorat spicula amoris:
 Unde tibi tantus de integritate timor?
 At quid ago demens? quo desceror? o ego lævus,
 Talia qui monui: scande, Maria, gradus.

Scan-

Scande, Maria, gradus sacros; fac quod facis, aude,
 Ne revoces gressus; scande, Maria, gradus.
 Annos illa Deo totos se credat, oportet,
 Quæ mater simul & Virgo futura Dei est.

EPIGRAMMA XLII.

De festo eodem.

VEnisti cupide celsas Salomonis ad arces:
 Claudere te gaudes interiore domo.
 Non abiere dies multi, cum vesceris aura
 Vitæ, sub vulva condita nuper eras.
 Lucem experta novam mutas cum luce latebras?
 Ah quid agis, virgo? commiserere tui.
 Nunc hilares sectare choros sociata puellis:
 Dulces quare jocos, undique sistra crepent.
 Tu melius: templum mavis habitare Tonantis.
 Ut templum has ipsius ipsa Dei.

EPIGRAMMA XLIII.

De sancto Xaverio.

VAtes non pauci res prædixere futuras:
 Hoc quoque Xaverius præstitit officium.
 Discipulis vario Christus delit ore profari:
 Hoc quoque Xaverius præstitit officium;
 Pars bona Sanctorum miracula prodidit alta:
 Hoc quoque Xaverius præstitit officium,
 Veridici vates, sectator Apostole, Sancti,
 Cedite Xaverio, nam potiora facit.
 Responso oranti diversa satisfacit uno.
 Hoc quis, eo demto, præstitit officium?

Q:

EPI-

EPIGRAMMA XLIV.

De dubio quattuor amantium praelio.

Chloris amat Lycidam: Lycidas sibi Phyllida an-
 Ingratam ingratus querit. Amor, quid agis?
 Aut Lycidas Chlorin redamet proclivis amantem,
 Aut caleat Lycidæ Phyllis amore pari.
 Hoc fuerat potius; tu deterior sequutus.
 Sæve puer, mavis, hæc amet, hæc fugiat.
 Nec contentus eo, decumanas tollis in undas
 Chlorida cum Lycida, Phyllida cum Lycida.
 Cogis & ut Lycidas lembo considat in uno,
 Quemque velit, servet; quamque velit, jaciatur.
 Hoc erat in fatis: fuso sic volvere Parca
 Decrevere; ratis non capit una duas.
 Hæsitat hic Lycidas, utrum succurrat amanti, an
 Consulat ingræte ductus amore suo?
 Nec dubitare licet, jactatur lembus in astra,
 Lembus & in baratrum jam superante sælo.
 Quid faciat tandem inflammatus amore resolvit:
 Ne mireris; Amor hæscit habere modum.
 Si posset Lycidas, facile servaret utramque;
 Non licet hoc, reparat, quod reparare licet.
 Phyllida complecti, servareque Phyllida ab undis
 Imperat insanis intemerata fides.
 Debut illius misereri, aut nullus amator
 Phyllida si Lycidas præcipitaret, crat.

DECADA III.

EPISTOLA I.

A DOÑA ANTONIA VALERO

DE ESLAVA,

Con una instruccion para las donzellas, que
 han de ser casadas.

Mandame v. m. señora Doña Antonia, co-
 mo tan desseosa de sacar su hija espejo
 de mugéres, en quien se vean las partes i cos-
 tumbres, i quales se requieren en la donzella
 que ha de ser casada, que tome a mi cargo es-
 ta empresa. Muchas causas tengo de rehusarla:
 la primera ser mi señora Doña Antonia Caxa
 de Miotá hija de v. m. i del señor licenciado
 Antonio de Miotá, que con esto es fuerza pre-
 suman su bondad i virtud los que no la cono-
 cen, i la prediquen i alaben los que tienen no-
 ticia de sus costumbres. La segunda, que quan-
 do huviera necesidad de documentos, el se-
 ñor licenciado como padre, i como tan docto
 deviera hacer esto, i lo hiciera por excelencia;
 las demas causas dexo, porque al fin he de obe-
 decer mandandomelo v. m. i porque quedará
 yo muy glorioso de haver hecho este servicio
 al señor licenciado, con quien yo me honro
 tanto; pero será esto no poniendo los ojos en
 mi señora Doña Antonia Caxa, que su mer-
 ced